



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

389. De B. Aloysio, Soc.lesv. De tribus prærogativis B. Aloysij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

quantum in medico est, sanare venit ægrotum, ipse se interimit, qui præcepta medici servare non vult. Quis ejus, qui non vult uti salute, miserebitur.

6. Docet ascensionem, & reditum suum ad cælum, *Nemo ascendit ad cælum, nisi, qui descendit de cælo, &c.* Ut, si quis sine veste de monte descendat, & assumptis vestimentis ascendat, idem verè, qui descendit, ascendisse se dicitur.

7. Docet iudicium. *Qui autem non credit, jam iudicatus est.* Novit enim Dominus, qui ad coronam, & qui ad flammam permaneant. *Cuique tentatio propria crux est,* inquit Dominus S. Gertrudi lib. 3. cap. 30. Quam inventam, qui Christi sunt, ferunt. Toto affectu complectar Crucem velut clavem, unde 7. sigilla sunt aperta: Sapientia Dei Dignitas animæ. Vanitas mundi. Atrocitas inferni. Beatitas cœli. Horror culpæ. Honor virtutis. Ita D. Bonavent. apud Ludov. de Ponte. Tr. 2. cap. 14.

IV N I V S.

MEDITATIO CCCLXXXIX.

De B. Aloysio.

De tribus prerogativis B. Aloysij.

Aspiciam B. Aloysium angelicum primæ
ætate vocatum, omni fœdâ contagione
liberum,

liberum, sine distractione cum Deo agentem. Petam ad eius gratiam pertingere.

Conf. 1. Deum & dæmonem, quàm maximè initia appetere. Deum quidem ea velle esse ferventis, dæmonem autem velle esse vitiosa; Deum velle ea perfici: dæmonem non cessare primam, quam intulit, culpam augere: Deum velle securitatem & perseverantiam in bene cœptis, quæ habetur, si initia sint sine vitio, & quò maturiùs, eò feliciùs cuiuslibet resistitur malo principio; dæmonem autem sicut dissentientibus sibi, debilis formica est, sic consentientibus leone fortiorem evadere. Quare, cum sibi Deus animam B. Aloysij prælegisset, notat Bellarminus noster in oratione de B. Aloysio. unam singularem fuisse eius prærogativam, quòd statim sub initiũ primi usũs rationis, ad Deum vocatus sit. Quò autem hac gratia major est, eò distrietiùs judicabuntur, quotquot in sæculo à lapsu præservati, postmodum in Religione naufragantur: quam rationem inexcusabiles isti reddent Deo?

Conf. 2. Alteram B. Aloysij prærogativam: Fuisse eum liberum ab omni fœda cogitatione, ut supra citatus Bellarminus de eo affirmat. Magnum hoc donum est Dei, quod mihi Dominus si dedit, quas ei gratias reddam: quia non fecit taliter omni nationi: quòd

quòd
adhu
afficie
Co
fuisse
tione,
benef
re de
libera
tur co
mni l
arrem
esse a
prate
cont
Hun
ristia
Aloy
tione
actio

E

A
fisi
dat

quòd si bella premant hostilia, quomodo adhuc sentinam corporis mei, cor & capus afficientem in servitutum non redigo.

Conf. 3. Prærogativam B. Aloysij tertiam fuisse, quòd caruerit distractionibus in oratione, ut idem testatur Bellarminus. De quo beneficio ait S. Bernard. cap. 25. de interiore domo. *Non invenitur inter ceteras artes liberales, ars ista præ alijs liberalis, quâ teneatur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est.* Addit tamen idem, artem contra distractiones, & lubricitatem esse amorem. Serm. 39. *O Amor Dei, qui præter te aliud cogitare non svis fastidis cetera, contemnis omnia præter te, te contextus, &c.* Hunc amorem petam in sacratissima Eucha- ristia, quem ibidem vel accepit, vel auxit B. Aloysius, trium dierum præmissâ præparatione, & sequente tot dierum gratiarum actione, quoties communicabat.

MEDITATIO CCCXC.

De sancto Ioanne Baptista.

Fuit unus ex tribus Sanctis DEO summè charis.

Aspiciam sanctum Joannem Baptistam Deo charissimum. Ducem Christi gloriosissimum vexillo instructum, demoni formidabilem. Petam mores Sancti assequi.

Conf.